Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26048
Copyright: Admont, Benediktinerstift

tacio fidei erumpat statim mens
lupi mens rabida habitu se
ovine pellis expoliat quan
tumque contra bonos seuiat perse
quens demonstrat. Unde et rec
te subditur. Cum tempus fuerit
in altum alas erigit: deridet
equitem et ascensorem eius. Quid
enim alas huius struthionis acci
pimus nisi pressas hoc tempore
quasi conplicatas ypocrite cogi
tationes. Quas cum tempus
fuerit in altum eleuat quia oppor
tunitate comperta eas super
biendo manifestat. Alas in
altum erigere est per effrenatam su
perbiam cogitationes aperire.
Nunc autem quia sanctum se simu
lat quia in semetipso strin
git que cogitat quasi alas
in corpore per humilitatem pli
cat. Notandum uero est quod non
ait deridet equum et ascen
sorem eius sed equitem et ascen
sorem. Equus quippe est unicui
que sancte anime corpus suum quod in
de novit et ab illicitis con
tinentie freno restringere
et rursum caritatis impulsu
in exercitatione boni operis
relaxare. Equitis ergo nomine
animam sancti uiri exprimit que
iumentum corporis bene subdi
tum regit. Unde et iohannes
apostolus in apocalipsi dum con
templatur ait. Exercitus qui
sunt in celo sequebantur eum
in equis albis. Multitudi
nem quippe sanctorum que in hoc
mundi bello sudauerat recte
exercitum uocat. Qui idcirco
in equis albis sedere referuntur
quia nimirum eorum corpora et lu
ce iusticie et castimonie can
dore claruerunt. Deridet ergo
ypocrita equitem quia cum ipse
in aperto iniquitatis erumpit
electorum despicit simplicitatem. Et
electos fatuos appellat quos
prius pressos fidei callida
arte simulabat. Quis uero alius
huius ascensorem equitis nisi
omnipotens dominus qui et ea que
non erant preueniens condidit et
ea que sunt possidens re
git. Ascendit quippe equitem
quia iusti uniuscuiusque uiri
animam possidet sua bene
membra possidentem. Hunc ergo
ypocrite deridere est equitem sanctos
despicere. Deridere uero est equi
tis ascensorem prosilire usque
ad iniuriam creatoris. Quia
enim in unoquoque lapsu a
minimis semper incipitur
et succrescentibus defectibus
ad grauiora peruenitur rec
te ypocrite huius iniquitas
per supposita detrimenta dis
tinguitur. ut dicatur prius bo
num se quod non sit ostendere
postmodum uero bonos aperte
despicere. Ad extremum quoque
usque ad iniuriam creatoris pro
silire. Numquam quippe illic
anima quo ceciderit iacet
quia uoluntarie semel lap
sa ad peiora pondera sue
iniquitatis impellitur. ut
in profundum corruens semper
ad huc profundius obruatur.
Erit ergo ypocrita et nunc suas